



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0577

Sabato 27.11.2004

Sommario:

◆ LE UDIENZE

◆ LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL CENTENARIO DELL'INCORONAZIONE DELL'IMMAGINE DI "NOSSA SENHORA DO SAMEIRO" E DEL 150° ANNIVERSARIO DELLA PROCLAMAZIONE DEL DOGMA DELL'IMMACOLATA CONCEZIONE (BRAGA, PORTOGALLO, 8 DICEMBRE 2004)

◆ LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE SOLENNI CELEBRAZIONI CONCLUSIVE DELL'ANNO DEDICATO AL 150° ANNIVERSARIO DELLA PROCLAMAZIONE DEL DOGMA DELL'IMMACOLATA CONCEZIONE (WASHINGTON, D.C. - U.S.A, 8 DICEMBRE 2004)

◆ RINUNCE E NOMINE

◆ DICHIARAZIONE DEL DIRETTORE DELLA SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE, DR. JOAQUÍN NAVARRO-VALLS

◆ LE UDIENZE

LE UDIENZE

Il Santo Padre riceve oggi in Udienza:

Sua Santità Bartolomeo I, Patriarca Ecumenico di Costantinopoli e Seguito.

[01874-01.01]

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL CENTENARIO DELL'INCORONAZIONE DELL'IMMAGINE DI "NOSSA SENHORA DO SAMEIRO" E DEL 150° ANNIVERSARIO DELLA PROCLAMAZIONE DEL DOGMA DELL'IMMACOLATA CONCEZIONE (BRAGA, PORTOGALLO, 8 DICEMBRE 2004)

In data 22 ottobre 2004, il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato l'Em.mo Card. Eugênio de Araújo Sales, Arcivescovo emerito di São Sebastião do Rio de Janeiro, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni per il centenario dell'incoronazione dell'immagine di "Nossa Senhora do Sameiro" e per il 150° anniversario della definizione del Dogma dell'Immacolata Concezione, che avranno luogo a Braga (Portogallo) l'8 dicembre 2004.

La Missione che accompagna l'Em.mo Card. Eugênio de Araújo Sales è composta da:

- Monsignori: Eduardo de Melo Peixoto e Domingos Soutinho Da Silva, dell'arcidiocesi di Braga;
- Monsignori: Manuel Moreira Vieira e José Roberto Rodrigues Devellard, dell'Arcidiocesi di São Sebastião do Rio de Janeiro;
- Mons. Jean-François Lantheaume, Segretario di Nunziatura a Lisbona.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro
EUGENIO S.R.E. Cardinali DE ARAÚJO SALES
Archiepiscopo olim Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii

Filiali pietate erga hominum Sospitatricem sane elucet adeoque coruscat Lusitania regio, ut antiquitus iam *Terra sanctae Mariae* non immerito nuncupetur; peculiarem cuius venerationem plurima templa Eidem Deiparae ubique dicata clare testantur. Hasce inter aedes Mariales, quo in numero Fatimensis eminet, augustam basilicam in monte «Sameiro» exstructam oblivisci omnino non possumus, quoniam et duos ac viginti abhinc annos Nos Ipsi illuc supplices ad Immaculatae simulacrum Virginis contulimus et proximo Decembri mense centesimus a praedicta imagine coronata dies anniversarius feliciter accidet.

Qua de saeculari celebritate certiores Nos iure fecit Venerabilis Frater Georgius Ferreira da Costa Ortiga, Archiepiscopus Bracarensis, ut eminentem aliquem Praesulem sane impetraret, qui illius gratia sollemnitatis missus Nostram personam gereret Nostramque simul mentem ostenderet. Postulationem istam esse nimirum censentes audiendam, ad te quidem, Venerabilis Frater Noster, mentem prorsus convertimus, cuius pastoralis sollicitudo in archidioecesi Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii olim adhibita nec non diutina observantia in Apostolicam Sedem praestita est Nobis comperta.

Hisce iisdem Litteris te igitur renuntiamus **MISSUM EXTRAORDINARIUM** ac constituimus, qui die VIII proximi Decembris mensis ad sollemnia quae diximus celebranda vicibus Nostris fungaris.

Percupimus imprimis ut omnibus illuc convenientibus paternam Nostram salutationem ostendas et eandem ex animo vere depromptam. Liturgicis exinde celebrationibus nomine Nostro praesidebis, adstantes item cohortans ut amore Immaculatae Deiparae ac cultu maiores suos aequent, cuius pietatis documentum est admodum montis «Sameiro» sacrarium. Quorum vestigiis insistentes, revera illi venustam Virginem quavis prorsus labe expertem ut Dominam ac Matrem suam amantissimam nimirum saluent eamque fidenter suspiciant, per quam misericors Deus «totum nos habere voluit» (S. Bernardus, De aquaed., 7).

Benedictionem demum Apostolicam, supernae gratiae conciliatricem et propensae Nostrae voluntatis testem, volumus ut Nostra auctoritate omnibus participantibus peramanter impertias, dum tibi interea, Venerabilis Frater

Noster, omnia bona in Domino precamur munus efficaciter ac frugifere expleturo.

Ex Aedibus Vaticanis, die XI mensis Octobris, anno Domini MMIV, Pontificatus Nostri sexto ac vicesimo.

IOANNES PAULUS II

[01879-07.02] [Testo originale: Latino]

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE SOLENNI CELEBRAZIONI CONCLUSIVE DELL'ANNO DEDICATO AL 150° ANNIVERSARIO DELLA PROCLAMAZIONE DEL DOGMA DELL'IMMACOLATA CONCEZIONE (WASHINGTON, D.C. - U.S.A, 8 DICEMBRE 2004)

In data 23 ottobre 2004, il Papa ha nominato l'Em.mo Card. Jan Pieter Schotte, C.I.C.M., Presidente dell'Ufficio del Lavoro della Sede Apostolica, Suo Inviato Speciale alle solenni celebrazioni conclusive dell'anno dedicato al 150° anniversario della definizione del Dogma dell'Immacolata Concezione, che avranno luogo a Washington, D.C. (Stati Uniti d'America) l'8 dicembre 2004.

La Missione che accompagna l'Em.mo Card. Jan Pieter Schotte è composta da:

- Mons. Michael J. Bransfield, Rettore del Santuario Nazionale dell'Immacolata Concezione a Washington, D.C.;
- P. David M. O'Connell, C.M., Rettore della *Catholic University of America*.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratри Nostro
IOANNI PETRO S.R.E. Cardinali SCHOTTE, C.I.C.M.
Praesidi Officii Laboris Apostolicae Sedis

Suavissima inter nomina gloriosae Deiparae indita, illud christiana pietas carissimum sane habet, quo Ipsa *Immaculata Conceptio* appellatur. Nomen profecto summum indicat consilium, quo Deus et dignum habitaculum sibi praeparavit et redemptionis opus sublimiore modo peractum manifestavit; *Immaculata* insuper beatae Mariae Virginis *Conceptio* Ecclesiae exstat pignus ac perfectionis anticipatio in futuro saeculo consummandae. His verbis enim ipsa beata Virgo Maria Bernardillae Soubirous, illius nomen enixe percontanti, in specu Massabiellensi responsum dedit: «Immaculata Conceptio ego sum».

Cuius sub titulo templa innumera erecta ubique terrarum sunt nec non Deiparam complures nationes patronam sibi delegerunt. Ad hanc rationem Foederatae Civitates Americae Septemtrionalis nimirum eminent, quippe quae mense Maio anno MDCCCXLVI non modo Virginem Mariam quavis labe ab origine intactam suam Patronam elegerint, verum etiam sese Immaculae Conceptioni primae consecraverint! Huius autem consecrationis quasi consummationem necnon perenne monumentum decretum est nationale sacrarium Vashingtonii exstruendum, quod augustum ac magnificum hodie attollitur.

Optatus igitur profecto iucundusque ad Nos pervenit nuntius Ecclesiae Vashingtonensis peculiarem Marianum annum celebrantis, quinquagesimo nempe ac centesimo anniversario a definito intaminato Deiparae conceptu die incurrente. Quandoquidem ergo Venerabilis Frater Noster Theodorus Edgardus S.R.E. Cardinalis McCarrick, illius sedis sacrorum Antistes, certiores Nos fecit de sollemni celebratione die VIII proximi Decembris mensis

agenda, qua Marianus annus in praedicto nationali sacrario concludetur, eminentem aliquem praesulem illuc mittere libentes statuimus qui personam Nostram gereret. Tu quidem, Venerabilis Frater Noster, ob fidele ministerium pro Apostolica Sede cotidie exercitum peraptus Nobis videris ad hoc munus frugifere obeundum. Hisce iisdem Litteris te ideo renuntiamus **MISSUM EXTRAORDINARIUM** et constituimus, qui Nostra auctoritate ac nomine memoratae praesideas celebritati.

Pergratum tuum erit officium omnes adstantes hortari ut Virgini Immaculatae suam consecrationem renovent et agant; ex quo actu in cotidiana vita deducto Christum Salvatorem nostrum redamare efficacius valebunt necnon pacis et gaudii veri effectores satoresque evadent.

Interea uberum auspicem fructuum paternaeque caritatis Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem tum tibi, Venerabilis Frater Noster, tum sollerti Archiepiscopo Metropolitae Vashingtonensi, nec non cunctis Praesulibus omnibusque, qui Marialibus sollemnibus intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXV mensis Octobris, anno Domini MMIV, Pontificatus Nostri septimo ac vicesimo.

IOANNES PAULUS II

[01880-07.02] [Testo originale: Latino]

RINUNCE E NOMINE

• RINUNCIA DELL'AUSILIARE DI ERFURT (GERMANIA)

Il Santo Padre ha accettato la rinuncia all'ufficio di Ausiliare della diocesi di Erfurt (Germania), presentata da S.E. Mons. Hans-Reinhard Koch, in conformità ai canoni 411 e 401 § 1 del Codice di Diritto Canonico.

[01876-01.01]

DICHIARAZIONE DEL DIRETTORE DELLA SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE, DR. JOAQUÍN NAVARRO-VALLS

Questa mattina, il Direttore della Sala Stampa della Santa Sede, Dr. Joaquín Navarro-Valls, ha rilasciato ai giornalisti la seguente dichiarazione:

Nell'imminenza della visita del Patriarca ecumenico, Sua Santità Bartolomeo I, a Sua Santità Papa Giovanni Paolo II (26 e 27 novembre 2004), per la solenne consegna al Patriarca di una parte delle reliquie dei Santi Giovanni Crisostomo e Gregorio di Nazianzo, detto il Teologo, Vescovi e Dottori della Chiesa, conservate e venerate in questi secoli nella Patriarcale Basilica Vaticana, alcuni *media* hanno diffuso la notizia che il gesto di Papa Giovanni Paolo II, di grande importanza ecclesiale ed espressione della *comunicatio in sacris* esistente tra l'Oriente e l'Occidente cristiani, sia una "riparazione", ed un modo per il Papa di "chiedere perdono" da parte della Chiesa cattolica per la sottrazione delle reliquie al Patriarcato ecumenico durante la crociata del XIII secolo.

Una tale interpretazione è storicamente inesatta, poiché tra l'altro le spoglie mortali di San Gregorio di Nazianzo giunsero a Roma nell'VIII secolo, all'epoca della persecuzione iconoclasta, per metterle in salvo.

Senza negare i tragici eventi del XIII secolo, il ritorno – non la restituzione – a Costantinopoli delle reliquie dei due Santi, ugualmente venerati in Oriente ed in Occidente, esempi fulgidi della ricerca dell'unità e della pace della Chiesa di Cristo, intende, nel terzo millennio, al di là delle polemiche e delle difficoltà del passato, riproporre tale esempio edificante, e suscitare una corale preghiera dei cattolici e degli ortodossi per la loro piena comunione.

[01878-01.01]

[B0577-XX.01]
